



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Lessij exemplo dolores Christi, in doloribus morbi, ante oculos ponendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

crebra jejunia: nisi malis tam ipsius vitam meram in eadem appellare. Totos triginta annos, una extatione, per diem, eaq; pertenui vixit; extra eam nihil unquam potuſ accepit. In cubiculi ſus pariete hanc epigraphon fixerat: AMOR MEVS CRVCIFIXVS EST. Et erat erga Chriſti Paſionem teneritudine animi insigni: Vnde illi par ſtudiuſ patientiæ & in aduersis tolerantia tam robusta, ut ipſe fateretur, ſe ijs, que patiebatur, malis parem haud futurum, niſi peculiari fuifet au- xilio diuinatuſ adjuvata, monte grauiora eſſe, & leuius illus fore incen- dum, quo viua conflagraret. Incredibilis illi dolor erat in veſica le- uanda, & cogebatur, extremis temporibus plus centies diei noctuq; ſpatio ad eum cruciatum. Tormenti grauitatem, & animi ſimul aquitatem ex diuina voluntate perquam compoſiti votum eius in ſcheda reperatum aduibrat. Sic habet: Beatiſima Virgo, ſi dolores iſtos abſuleris, voeο, omnibus profeſtis tuis jejunium in pane & aqua; Rosarium in profeſto, & ipſo die; Horas B.Virginis omnibus Sabbatis, niſi Superior, vel justa cauſa obſliterit; & Festis Purificationis, An- nuntiationis, Praſentationis, Assumptionis, Natuitatis, Conceptionis. Non cupio auferri, niſi fit ad maiorem DEI gloriā, & meam ſalutē. Tenebor, ſimul atq; aliquo modo conſitterit. Si error, vel oblinio in- ternererit, licebit proximo Sabbato inſtaurare. Ingens DEI benefi- cium eis pœnas exiſtimabat; quibus ferendis aliorum quoq; poſcebat preces ad auxilium à DEO exorandum. Accuſabat ſuam inertiam, quod ſine gemitu eis ferre non poſſet; & ſubinde Ministrum rogabat, ut ſuam impatientiam (ſic aiebat) caſtigaret, cum interim generofus eius animuſ omnibus eſſet admirationi. Unum illi ſolamen in malis erat, Chriſtus crucifixus. Haec ſummatim dicta ad patientiam & pietatem nos poſſunt erudire, in morbiſ exercendam.

Efficacissimum ſolatiij genus eſt, & ad ſpiritus, inter mor- borum cruciatus, ſumendos ſaluberrimum remedium. Leſſij ex- emplo, ſibi ante oculos ponere Crucifixum, & ſaþe cogitare, ac dicere: AMOR MEVS CRVCIFIXVS EST. Quis enim ſummuſ bonum non amet? id in cruce pependit. Qui uis igitur dicere poſteſt: Amor meuſ crucifixuſ eſt. Quis ſe ſeruum vocare audeat illius Domini, qui cum eſſe ſumme potens, ſumme sapiens, in- finitè beatus, uno verbo, Deus, tamen ſerui ſui cauſa, exinan- uit ſemetipſum, & mortalis non tantum homo fieri, ſed etiam

V.

Pp 3 formam

Ma. 53. 3.

formam serui suscipere, & cruciatibus se tantis obijcere voluit, ut eum Propheta *virum dolorum*: & scientem infirmitatem vocaret? Tametsi enim eas infirmitates, quæ ex temperamenti & humorum dissonantia oriuntur, non habuerit, expertus est tamen dolores afflictionésque, quæ ex eis solent oriri. Qui ergo in lectulo decumbens cum morbis colluctatur, si Christum patientem aspicit, duo illum videt habuisse, quæ ille magnis Sanctis, quando illos vult probare, & in infirmitatibus vehementer exercere, solet dare. Vnum est, quod seipsum omni delectatione, & sensibili solatio, quod corpus fouet, carnemque roborat, penitus priuârit: alterum, quod acerbissimos in parte sentiente,

Matth. 26. 28.

Marc. 14. 33.

Luc. 22. 43.

affectus excitârit, *tristitia, timor, tedi, & agonia*. Consideratione autem dignissimum est, eum, cùm in illius arbitrio esset, vt istiusmodi affectus magni vel parui forent, tamen sponte sua voluisse eos esse quâm vehementissimos; enim uero etiam diuturnos, adeò ut toto passionis suæ tempore perdurarent, donec in cruce animam exhalaret. Ita Dominus, qui dolores suos, quandocumque voluisse, potuisse ubique & sub flagellis, & sub spinis, & sub clavis, mitigate, eos tamen ubique acuit & auxit, ut copiosa esset apud eum Redemptio. O AMOR DIGNVS!

## VI.

Psal. 68. 1.

Luc. 23. 41.

Quando igitur morbus, tamquam ignitus serpens, ærum mordet, & doloris acerbitas eò progreditur, ut Spiritum illius contristet, cogitatque præ molestia, ingemiscere, atque in agonia constitutum dicere: *Saluum me fac, Deus, quoniam intranerunt aqua usque ad animam meam, timoribus, tedijs, tristitijsque grauissimis oppressum; intueatur in authorem fidei, & soleatus se Domini sui arbitrio cruciatu, gratuleturque sibi, ob calicis puri haustum, sine solatij mixtura; animo secum reuoluens, etiam Saluatorem suum fel & acetum, ad exemplum remediumq; nostrum, sine melle, gustauisse; atque hac ratione seruum Domini vestigia sequi existimet, eidemque se, cum ipso, cruci affixum esse arbitretur. Quare quoties eum aspicit in cruce pendentem, ac ipsum quoque in eadem secum cruce patientem, dicat: Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic verò nihil maligeſit, Quod si serio dixerit, sequere ad hæc, & plura toleranda*